Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Libri historiarum quatuor [Rerum Romanarum epitoma] a [Joanne] Cuspiniano castigati cum ind

Florus, Lucius Annaeus

Vienne, 1511

Expeditio in Cypron. Ti. VIIII

urn:nbn:de:bsz:31-270805

Visual Library

etiam occurrere : & primo impetu ingenti lapidū ſaxorūq; nim/
bo claſſem opperuere. Tribus quiſq; fundis prœliat : certos eſſe
quis miretur ictus:cum hæc ſola genti arma ſint:id unum ab in/
fantia ſtudium. Cibum puer a matre non accipit:niſi quem ipſa
monſtrauit/percuſſit. Sed nō diu lapidatione Romanos terru
ere/poſtq̄ cōminus uētum eſt. expertiq; roſtra & pila uenientia/
pecudū in morē clamore ſublato petierūt fuga littora/dilapſiq;
in ꝓximos tumulos quærendi fuerūt/ut uincerentur.

EXPEDITIO IN CYPRON. TI. VIIII.

A Derat fatum inſularū/Igitur & Cypros recepta ſine
bello:inſulā ueteribus diuitiis abundantē & ob hoc
Veneri ſacram/Ptolomeus regebat:& diuitiarū tan/
ta erat fama: nec falſo/ut uictor gētium populus/&
donare regna cōſuetus. Publio Clodio Tribuno duce/ſocii/ui/
uiq; regis confiſcationē mandauerit: & ille qdem ad rei famam
ueneno fata præcepit. Cæterum portius Cato Cyprias opes li/
burnis per Tyberinū oſtium inuexit : quæ res latius ærariū po/
puli Romani q̄ ullus triumphus impleuit.

BELLVM GALLICVM. TI. X.

A Sia Pompei manibus ſubacta:reliqua quæ reſtabāt
in Europa fortuna in Cæſarē tranſtulit. Reſtabant
autem īmaniſſimi gentium Galli atq; Germani: &
q̄uis toto orbe diuiſa tamē qui uinceret habuit Bri/
tannia. Primus Galliæ motus: ab Heluetiis cœpit:q Rhodanū
inter & Rhenū ſiti/ non ſufficientibus terris uenere ſedes petitū
īcenſis mænibus ſuis. hoc ſacramentū fuit: ne redirēt. ſed petito
tēpore ad deliberādum Cum īter moras Cæſar Rhodani pōte
reſciſſo abſtuliſſet fugā/ ſtatim bellicoſiſſimā gentem ſic in ſedes
ſuas:quaſi greges in ſtabula paſtorū deduxit. Sequens/longeq;
cruentior pugna Belgarū: Quippe pro libertate pugnantium.